

AUGUSTINI
BARBOSÆ,

I. V. D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,

OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSVETORIS,
& insignis Ecclesie Vimatensis Thesaurarii maioris.

NUNC VERO EPISCOPI VVENTINI, ET A CONSILIIIS
D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici.

P R A X I S
EXIGENDI PENSIONES.

A D V E R S V S

CALVMNIANTES, ET DIFFERENTES ILLAS SOLVERE,

Cui accesserunt

VOTA PLVRIMA DECISIVA,

ET CONSVLTVTA CANONICA.

VLTIMA EDITIO, AVCTA ET EMENDATA.



L V G D V N I,

Sumptib. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD,
PETRI BORDE, & GVILIELMI BARBIER.

M. DC. LXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

A. Samanico



ILLVSTR^{MO}. ET REVEREND^{MO}. D.

D. LAURENTIO,
CAMPEGIO,

EPISCOPO SENOGALLIENSI,
Comiti S. Petri in Vaccareli, S. D. N.
VRBANI VIII. & Sanctæ Sedis Apostolicæ
in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati
de Latere Nuntio, iuriumque Cameræ
Apostolicæ Collectori generali, &c.

AUGVSTINVS BARBOSA,

S. D.

NON ingratus ager, ILLVSTRISSIME PRÆSVL, qui
qualis qualis semina iacta reddit, nec auara seges,
qua cultriciis manus arumnas ubertate compensat. Eo
namque est ordine natura compacta, ut uniuersa mutua
sibi quadam vicissitudine copulentur, & maritali quasi
(ut ita dicam) associentur consortio. Luna imago Solis
emula, iubaris inuida, splendoris mendica, claritatem à
Sole mutuatur, eidemque refundit. Materna nubis viscera Sol parens in-
greditur, qua vapore repleta, calore fecunda rorem concipit, conceptumque
disrupta parturit. Opaca tellus rorem visceribus imbibit, connubia celebrat
unde miranda nimis, ac varia florum, fructuumque propago germinat,
progenies erumpit. Sol ipse rorem è Cælo diffundit, abdita Sali perquirat,
Salum comitat, concham aperit, claustra penetrat, semen adstruit, in-
durat humorem, margaritam agglutinat. Sic rerum series, sic uniuersa
moles adstruitur, antidotalique obligatione sustinetur. Ecce ego, Princeps
Illusterrime, sapientia tua splendoris inuidus, iubaris mendicitate Luna
claritatem (si qua suffusus intueor) à te Sole, & solo mutuata impendo.



P R A X I S

METHODICÆ EXIGENDI

PENSIONES,

ADVERSUS

CALVMNIANTES, ET DIFFERENTES

EAS SOLVERE,

P A R S P R I M A.

P R O O E M I V M.

- 1 *Causa exprimitur, qua motus Auditor hunc tractatum composuit.*
- 2 *Pensio unde originem traxit, ostenditur.*
- 3 *Leges, vel Canones non habentur, qui de his pensionibus agant.*
- 4 *Pensionis Ecclesiasticæ quot sunt causa.*
- 5 *Pensionis perpetuæ non reservantur sine auctoritate Papæ.*
- 6 *Papæ nunquam confirmat reservationes pensionum per Ordinarios factas.*
- 7 *Alimentarium supplicatio est finalis causa reservandi pensiones.*
- 8 *Beneficia suspensiva, & Curata quibus pensionibus grantari soleant.*
- 9 *Pensionis reservatio nullo modo dicitur odiosa.*
- 10 *Papæ auctoritas excusat a servanda, quia prohibita.*
- 11 *Pensio imponitur super fructibus, & emolumentis omnibus beneficiis.*
- 12 *Pensionem super fructibus non reservat usus Sedis Apostolicæ, sed de certa quantitate pecunie.*
- 13 *Pensio non solet reservari Papæ sine consensu Titularis.*
- 14 *Causa ad efficiendam validam reservationem pensionis necessaria reperiantur in pensionis Auditoris.*
- 15 *Pensionem ad favorem Auditoris Apostolicæ auctoritate reservatam recusat solvere B.*
- 16 *Summa consensus, & obligacionis Cameræ.*
- 17 *Papæ in reservationibus sub una, & eadem supplicatione, & data, vni confert beneficium, & alteri pensionem reservat.*
- 18 *B. excommunicatur per Auditorem Cameræ propter terminos pensionis per eum debitas, & non solutas.*
- 19 *B. ad Rotam appellante vbi mandata, & declaratoria littera Auditoris Cameræ fuerunt conservata.*
- 20 *B. sententiam contrariam ab Excitatore, & Me-Balbosa de Pensionibus, Pars I.*

- 21 *B. in sacra Rota fuit excommunicatus declaratus, aggraviatus, reagravatus, & interdictus eo, quod noluit obedire sententia Cameræ, & Rotæ regressus.*
- 22 *B. à iudice executoris in litteris a Synodo reservationis pensionis deputato excommunicatur ab non solvimento pensionis.*
- 23 *Virilitas cognoscendi exceptiones, quæ executionem litterarum a Apostolicæ auctoritate possunt.*
- 24 *Prima oppositio, ex qua oritur prima questio.*
- 25 *Secunda oppositio, ex qua oritur secunda questio.*
- 26 *Tertia oppositio, ex qua oritur tertia questio.*
- 27 *Quarta oppositio, ex qua oritur quarta questio.*
- 28 *Quinta oppositio, ex qua oritur quinta questio.*
- 29 *Sexta oppositio, ex qua subsequitur sexta disputatio.*
- 30 *Septima oppositio, ex qua se se offert septima disputanda disceptatio.*
- 31 *Octava oppositio, ex qua oritur octava questio.*
- 32 *Nona oppositio, unde oritur nona questio.*
- 33 *Decima oppositio, ex qua oritur decima questio.*



VENIENS exigendarum pensionum modus à Sede Apostolicæ, & sacra Rota adinventus, malitiâ solvere de dominum, & ignorantia iudicum quandoque adolteratus, male intellectus, & simili vitatus, in causa fuit, ut ego illorū malitiâ, & ignorantia maleo percussus, utilissimam separationem praxim bene methodo conficere, qua facilis pensionum exactio fiat, & malitiis obvietur calumniarum, & differenciarum eas solvere. Sed antequam ad hæc particulariter descendam, quædam necessaria dixi præmittenda.

AVGVSTINI
BARBOSÆ,
I. V. D. LVSITANI,
EPISCOPI V GENTINI,
VOTORVM
DECISIVORVM, ET CONSVLTVORVM
CANONICORVM
LIBRI DVO.



SERIES

Votorum decisiuorum & consultiuorum Canon-
nicorum, quæ in hoc Opere continentur.

LIBER PRIMVS.

VOTVM I. MATRIMONIUM



metu contractum,
seu instantissimis

precibus, aut dolo celebratum,
quando sit nullum, & ex quibus
iudiciis, & coniecturis metus, & vis
prohibeatur ad hunc effectum? pa-
gina 1

2. Impotentia respectiua perpetua po-
test esse annullans matrimonium filij
nati ex matrimonio nullo; publice
tamen, & bona fide in vtroque, vel in
altero parente impedimentum igno-
rante, legitimi censentur; etiam
quoad successionem maioratus ha-
bentis clausulam quod in eo non suc-
cedant, nisi qui ex legitimo matri-
monio nati fuerint. 14

3. Matrimonium contractum inter con-
sanguineos obtenta dispensatione
super impedimento tertij gradus, si
postmodum detectum fuerit in se-
cundo etiam inuicem esse coniun-
ctos, an sit validum? 20

4. Electio sicut potest extrajudicialiter,
& nullo compilato processu confir-
mari, ita & infirmari, & à decreto
cassationis huiusmodi non potest ap-
pellari saltem ad effectum suspensi-
uum, nec potest recusari Generalis
cassans; ad quem spectat loco cassati,
alium idoneum eligere, & confirma-
re. Non deferuntur ad secularia Tri-
bunalia causæ super rebus, quæ ge-

Barbosa Vota decisa.

runtur in Religiosos per eorum Su-
periores. 23

5. Pensio reseruata ad finem nepotis
in beneficio & de consensu patris,
quæ non fuit eius vita durante verè,
realiter, & integrè persoluta, eo quod
solutiones non probantur per instru-
menta Notarij cum subscriptione
duorum testium, est ipso iure nulla. 40

6. Donatio facta ab eo, qui cogitat de
ingrediendo Religionem, vt valeat,
adhiberi debet solemnitas legis, seu
statuti secularis, & an possit fieri à
patre filio in eius potestate constitu-
to, & an officium emptum ex pecu-
niis paternis debeat in legitimam
imputari. 44

7. Masculorum repetita vocatio in ma-
ioratus institutione, an excludat mas-
culos ex feminis; & exinde præsu-
matur animus conseruandæ agnatio-
nis? & alia in materia maioratum
utilissima. 49

8. Executoriales litteræ S. Rotæ quo-
modo in partibus intimandæ, & vbi
constiterit de non tuto accessu, qua-
liter per edictum sit procedendum
ad intimationem faciendam, quæ suf-
ficiens dicatur pro relaxandis censu-
ris. 53

9. Sæuitia viri aduersus vxorem qualis,
& quanta sufficiat ad tribuendam iu-
stam causam diuortio, necnon resti-

L 1 tutioni



VOTORVM

DECISIVORVM, ET CONSULTIVORVM

CANONICORVM,

LIBER PRIMVS.

Tolerantia nullitatis Matrimonij.

Matrimonium metu contractum, seu instantissimis precibus, aut dolo celebratum, quando sit nullum, & ex quibus iudiciis, & coniecturis metus, & vis prohibeatur ad hunc effectum?

VOTVM PRIMVM.

- 1 Casus proponitur, qui contigit in Curia Matricensi.
- 2 Matrimonium coram Parocho, & testibus celebratum habet pro se Iuris presumptionem.
- 3 Matrimonium metu contractum allegantes, tenentur illud probare.
- 4 Matrimonium celebratum in Curia, presumitur sponte contractum.
- 5 Matrimonij pro validitate videtur potius inclinandi.
- 6 Voluntas in matrimonio probatur interuenisse ex antecedentibus, & subsequentibus.
- 7 Visitationes frequentes inter eos, qui postea per vim matrimonium contraxerunt, voluntatem contrahendi demonstrant.
- 8 Diligentia extrahendi dispensationem ad contrahendum, sine consuetis denuntiationibus, voluntatem contrahendi ostendunt.
- 9 Confessio facta ab uno ex contrahentibus, quod matrimonium sponte contraxerit, concludenter probat.
- 10 Probationum in concorrentia magis creditur hiis, qui sunt admodumulari presumptionibus, & coniecturis illorum spontaneum inducentibus.
- 11 Metus tenuis nullo modo sufficiens videtur ad matrimonium annullandum.
- 12 Metus non sufficit ad annullandum matrimonium, nisi procedat nimis metus, seu alienius notabilis periculi secundum tuam opinionem.
- 13 Sententia ad fauorem matrimonij in dubio ferenda est.
- 14 Matrimonium metu celebratum est ipso iure nullum.
- 15 Metus natura mirifice declarat.
- 16 Metus, & vis arguitur ex verbis imperiose prolatis.
- 17 Matrimonij contrahendo metu libertas requiritur.
- 18 Matrimonium, ut dicatur non metu contractum, minime sufficit simplex consensus, sed requiritur plena securitas, & libertas.
- 19 Matrimonia debent esse libera, & gaudere plenissima libertate.
- 20 Voluntas, & libertas simul necessariae sunt in ipso

matrimonio.

- 21 Libertatem non dicunt habere qui in eligendo sequi videtur alienius voluntatem.
- 22 Metus minor exigens in puero, quam quod requiritur in iuniori maturo.
- 23 Aetas, & fortitudo, ac fragilitas attendenda est illi cui metus incutitur.
- 24 Constantiam aliam requiritur restitatio in viro, quam in femina.
- 25 Metus magis verosimilis redditur habita consideratione ad personam, qua illum patitur.
- 26 Metus reuerentialis minor sufficit in puero quam in adulto.
- 27 Metus probabilis suspicio equiparatur illato.
- 28 Metus presumitur probata illius causa, licet metus in effectum non probetur.
- 29 Timor solus visum inferenda dicitur, insuper metus ad inferendum matrimonium tanquam metu factum.
- 30 Persuadere est plusquam compellere.
- 31 Persuasiones nimiae, per quas persona inducitur ad contrahendum, habentur loco compulsionis, & coactionis, & inferunt ad matrimonij invaliditatem.
- 32 Persuasio vim coactionis habet.
- 33 Preces instantissimae adeo grauem molestem inferant, ut merito moueri debeant virum constantem ad aliquid efficiendum.
- 34 Preces instantes adeo molesta sunt, ut merito metu cadenti in constantem virum equiparari possint.
- 35 Preter instantem sceleris considerationem, & sine metu reuerentiali, efficiunt metum insulam, & cadentem in constantem virum, dummodo non inducant tantum ad contrahendum, sed faciunt non libenter contrahere.
- 36 Persuasiones importunae per se solae inducunt insulam metum ad matrimonium annullandum, etiam sine minis, & verberibus.
- 37 Minis incuti possunt per solum vultum terribilem.
- 38 Preces importunae, quando procedunt a persona, cui reuerentia debetur, tunc absque dubio sufficientes erunt ad annullandum matrimonium.
- 39 Metus reuerentialis an per se solum sufficiens censetur ad annullandum matrimonium, ostenditur.
- 40 Contractus quando causa cognita probatur metu reuerentiali fuisse gestus, est nullus.
- 41 Magister, & pater magis a discipulis maior metus reuerentialis debetur, quam propriis parentibus.
- 42 Pedagogorum impetores.
- 43 Magistris plurimum debent discipuli.